



**Questiones spiritualis [con]iuiuij delicias preferentes,
super euangelijs tam de te[m]pore [quam] de sanctis**

Johannes <de Turrecremata>

Lyon, 18. Jan. 1509

In festo beate marie magdalene.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70506](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70506)

In festo beate marie magdalene. Fo. cccv.

ne audierat enim. Quod nascetur ex te sanctus vocabitur filius dei nihil respondit se esse nisi ancillam. Item mirabatur elizabeth personam beate virginis venientis ad se. Unde inquit. Unde hoc mihi ut veniat mater domini ad me. commendabat salutatis vocem. beatificat fidem. sed deuota humilitas nihil reputabat sibi. in deum omnia beneficia que in ea laudabatur referebat. Tu inquit magnificas matrem domini. sed magnificas aia mea domini. Voce mea perhibes exultasse infantem in gaudio. sed exultauit spiritus meus in deo saluari meo. Et ideo sapiens et conuenienter beata virgo inquit. Quia respexit deus humilitatem ancille sue. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Berni. Generationes utique celi et terre. omnes angeli et omnes electi. angelicarum namque generationum numerus per genitum meum reintegrabitur. et hominum generatio in adz maledicta per benedictum fructum ventris mei ad eternam benedictionem regenerabitur. Merito ergo te dominas beatam dicent omnes generationes. quia omnibus generationibus veram et eternam beatitudinem genuisti. Ad rationes in oppositu. Ad primam respondet ne gando psequentiā. Ad dictum Seneca loquitur quando donum est exhibendum. tunc enim expectari debet tempus quo recoposario fit benefactori optima. Ad secundam patet responsio

ex dictis in tertia conclusione. Ad tertiam respondetur negando psequentiā. et ad dictum apostoli respondetur quod cantica spiritua lia possunt dici non solum ea que interius canuntur in spiritu. sed etiam ea que exterius ore cantantur. inquitum per huiusmodi cantica spualis deuotio puocat.



In festo beate marie magdalene est euangelium. In illo tempore. Rogabat iesum quidam.

Luce. vii. Circa quod possunt disputari sequentes questiones. Primo. utrum illa mulier de qua hic in euangelio fit mentio fuerit maria magdalena soror lazari. Secundo. utrum maria magdalena aut quis alius potnerit sine penitentia consequi remissionem peccatorum.



D primam questionem. utrum illa mulier de qua dicitur in euangelio. quod lacrymis cepit rigare pedes et capillis suis tergere

et fuerit maria magdalena que fuit soror lazari et marthe. Dicitur quod circa hoc sancti varie loquuntur. Nam origenes et chryso. ut dicit albertus magnus super

§

Ficli
go co
cum
nefi
uio.
atim
do q
no ex
in re
rdus
a do
ra
art.
alio
e. cau
ator
ho
i fa
bili
red
audi
cum
ns.
ritas
ca
nit di
y dei
utra
abi
atur.
Ande
ma
eare
tas
ma
umit
solo
eius
rmo

In festo sancte marie magdalene.

Lucam. dicunt aliam fuisse ma-
riam magdalenam dicunt virgi-
nem fuisse. et sic permansisse. nec
probabile est q̄ tanta peccatrix
cum domino habuisset tantam
familiaritatem. Dicunt et ipsam
corporaliter fuisse obsessam a
demonibus. Dicunt et insuper q̄
non tantum ista peccatrix de qua
nunc in euāgelio dicitur pedes
domini unxit. sed et illa et forte
plures alie que sequebatur eum
quando in hospitij curam eius
egerunt. et sibi lassos pedes laue-
runt. ut participes essent labo-
rum pedum eius. ideo pulverez
secum tulerunt. Alij nō ut gre-
gorius: et beda: et augustinus
de consensu euangelistarum di-
cunt contrarium. Dicunt enim
q̄ sit magdalena soror rē. acci-
pientes hoc ex illo Johan. unde
cimo. Maria autem erat que
unxit dominū unguento et extersit
capillis. cuius frater lazarus
infirmabatur. Et ex illo Luce
octauo. Maria magdalena de
qua septem demonia eiecerat.
q̄d gregorius explanat de eadē.
Et hoc tenet romana ecclesia.
unde in officio suo ita cantatur.
Maria soror lazari que tot cō-
miserit crimina ab ipsa fauce tar-
tari rē. dicunt ergo q̄ duplici-
ter unxit pedes domini. Primo
hic. et ista ex contritione. Secun-
do ex deuotione. De quo Johan-
nis undecimo. Et sic de prima
questione sufficienter dicta sus-
ficient.



D secunda
questione sic
pcedit. Et vi-
detur q̄ beata
maria magda-
lena consecu-
ta sit remissio-

nem peccatorum sine penitētia.
¶ Primo sic. dñs dicit de ea. Ne
mittitur sibi peccata multa. qm̄
dilexit multū. non est locutus de
penitētia. sed fuisse locutus de
ea si fuisset necessaria. ergo rē.
¶ Secōdo sic. non est minor virtus
dei circa adultos q̄ circa pue-
ros. sed pueris peccata dimittit
sine penitētia. ergo etiam adul-
tis. ¶ Tertio. deus virtutē suā
nō alligauit sacramētis. sed pe-
nitentia est quoddā sacramētū.
ergo virtute diuina possunt pec-
cata dimitti. ¶ Quarto. maior ē
misericordia dei q̄ misericordia
hoīs. sed homo interdū remittit
offensam suam homini etiā non
penitenti. Unde ipse dñs mādat
Matt. v. Diligite inimicos ves-
tros. benefacite his qui oderit
vos. ergo multo magis deus di-
mittit offensam suā hoīb. non
peritentibus. ¶ In oppositū est il-
lud Luc. xij. Si penitentiā non
egeritis omnes simul peribitis.
¶ Respondeo dicēdū sub duabus
cōclusionibus. Prima est. q̄ ma-
ria magdalena nō est peccata re-
missione peccatorū sine peniten-
tia que est virtus. Per cōclusio.
quoniā nō est possibile peccatū

In festo sancte marie magdalene. Fo. cccxvi.

actuale mortale sine tali penitētia remitti. Cuius habet. iij. par. q. lxxxv. ar. ij. Cum enim peccatū sit dei offensā. eo modo de peccatū remittit quo remittit offensam in se commissam. offensā autē directe opponitur gratie. ex hoc enim dicit aliquis alicui esse offensus q̄ repulit eū a gratia sua hoc autem interest inter gratias dei et gratiā hoīs. qz gratia hoīs nō causat sed p̄supponit bonitatem verā vel apparentē in hoīe grato. sed gratia dei causat bonitatem in hoīe grato. eo q̄ bona voluntas dei que in hoīe gratie intelligitur est causa boni creati unde potest p̄tingere q̄ homo remittat offensas qua offensus est alicui absq̄ aliqua immutatioe eius. offensā autē peccati mortalis p̄cedit ex hoc q̄ voluntas hoīnis est auersa a deo per p̄uersionē ad aliquod bonā cōmutabile. unde requiritur ad remissionem offense diuine. q̄ voluntas hoīnis sic immutetur q̄ p̄uertatur ad deum cū detestatione p̄dicte auersionis et p̄posito emende. qd̄ pertinet ad rationē penitētie s̄z q̄ est virtus. ¶ Secunda conclusio. maria magdalena p̄secuta est remissionē peccatorū sine penitentiā prout est sacramentum. et sic alius potest. nam sacramentū penitentie perficitur per officii sacerdotis ligātis et solūētis. sine quo potest deus peccatū remittere. sicut fecit x̄ps mulieri adultere. vt legitur Jobā. viij. et ma-

rie peccatrici de qua in euangelio p̄senti. ¶ Ad rationes in oppositum. ¶ Ad primā respōdet negādo p̄siam. Et ratio est. quia caritas nō liberat hoīem a peccato sine penitētia que est virtus. requirit enim caritas q̄ homo doleat de offensā in amicū commissā unde ista mulier bene ostēdit in actu suo q̄ penitentiam habuit. nam dicitur. ecce mulier. de peccatis suis plene et perfecte contrita. stans retro. qz p̄re verecundia sui peccati nō audebat se anteponere. lachrymis cepit frigare pedes. ex quo p̄t̄ magnitudo contritionis. ex qua tantum fleuit q̄ potuerunt lauare pedes. p̄s. Eritus aquarum deduxerūt oculi mei. qz etiam capillis capitis sui tergebatur. quibus ante ad compositionē vultus abusa fuerat. et osculabatur. vt totum deo seruiret in penitētia. qd̄ qui dem ex se deum cōtempserat in culpa sui qd̄ dicit gregorius. ¶ Ad secundā respōdetur negādo p̄siam. Et ratio est. qz in p̄uersione non est nisi peccatum originale. qd̄ non consistit in actuali deordinatione voluntatis. s̄z in quādā habituali deordinatione nature et ideo remittitur eis peccatū cum habituali immutatioe per infusionem gratie. non autē cum actuali. sed adulto in quo sunt actualia peccata que consistunt in actuali deordinatione voluntatis actualis. nō remittuntur peccata etiā in baptismo sine actuali

In festo sancti iacobi apostoli.

procedit de penitentia sicut quod est sacramentum. Ad quartam respondetur negando consequentiam. Et ratio est. quia misericordia dei est maioris virtutis quam misericordia hominis. in hoc quod immutat voluntatem hominis ad penitendum. quod misericordia hominis facere non potest.



M festo sancti iacobi apostoli est euangelium. In illo tempore. Accessit ad iesum etc. mat. xx. Et ca quod possunt disputari sequentes quod sitis.

Primo posset quis disputare. utrum ipse et frater eius peccauerunt peccato ambitionis petentes a christo mediante matre ut in regno suo sederent. vnus a dextris et alius a sinistris. Ista questio expedita est supra dominica xvij. post trinitatem. Sed nunc poterunt hec disputari. Primo. utrum uenienter dicatur de beato iacobo quod sit lux et decus hispanie. Secundo. utrum orietur in celo pro omnibus quod eius uisitat sepulcrum siue locum.



D primam questionem sic proceditur. Et videtur quod non conuenienter dicitur lux et decus hispanie

Primo sic. esse lucem soli deo prouidetur uenire. Sicut de iobae baptista quo nemo inter natos mulierum maior surrexit. mat. xj. dicitur. Jobis. j. Nomen erat ille lux. ergo nec beatus iacobus potest dici lux cuiuscumque. Secundo sic. beatus iacobus non dedit hispanis lumen nature nec lumen gratie. nec daturus est lumen glorie. quia istud solius dei est etc. In oppositum est quod ecclesia cantat. Respondeo dicendum. conuenientissime dicitur beatus iacobus lux hispanie et decus. Lux quidem ratione illuminationis doctrine fidei. qua ratione dicitur christus apostolis. Vos estis lux mundi. Singulariter beatus iacobus primo personaliter. et post per discipulos suos quos ibi gratia predicandi reliquit. illuminarunt terram hispanie lumine doctrine et exemplo sanctitatis. ut historia sua testatur. Et tandem miraculorum multitudine uisa. que beatus iacobus uirtute diuina operabatur. regina hispanie stupescendit et christiana effecta est. omnia que petierunt sui discipuli tribuit et palatium sancto iacobo in ecclesiam dedicans magnifice ipsum dotauit. que tandem in bonis operibus uita finiunt. Ita ut facta compoto. sicut beatus iacobus fuit primus inter apostolos qui martyrizatus pro christo suscepit. ita regnum hispanie uideatur inter omnia regna prius fuisse dei lumen et christianitatis titulus.